Quelle:
Copyright:



# Cod. CCXXXI.

Chartac: 4. Locc: 14. & 15.

2

7.4.

1.

Palterium nec cum glossa.

9b – 236b

Palterium cum glossa interlineari et marginali, cui conjuncta sunt cantica Moysis, Isaia &c. quæ in Breviario legi solent. Glossa, seu potius præfamen ipsius glossæ incipit: "Que sine fictione didici sine invidia comunico et honestatem illius non abscondo Et scribitur Sap. 7.° co.° In verbis prætactis tria tanguntur, quæ requiruntur ad quemlibet proficere volentem et ad alium informantem." Libenter hanc glossam Honorio Augustodunensi adscriberem, quem præter psalmos etiam Cantica laudum, uti et Magnificat, Nunc dimittis &c. exposuisse asserit Bern: Pezius in in Thes: Anec: T. II. Col: 154. nisi tantopere diffaret ab ejus Commentario, quem continet Cod: CLXVII. In multis convenire deprehendi cum glossa Strabonis; sed in multis ab illa adeo discrepat ut neque huic attribui possit.